



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 33. In sancti Caroli Sicarios Pontificis jussu inquisitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul XVI.
A.C. 1570.

disciplinæ rigorem reducturus die octava Martii Constitutionem edidit. Ceterum præfatus Procurator præcipue quebatur, quod Divinum Officium minus decenter persolveretur, ac Monasteria ruinæ proxima essent, quin de iis reparandis sollicitudo haberetur: insuper idem exponebat, quod vota minus religiose servarentur, ac denique religiosorum redditus pro victu necessarii in commendam darentur: cunctos igitur hosce abusus summus Pontifex præfata Constitutione abolebat.

Aliam quoque Bullam die vigesima nona Martii edidit, qua universum Ordinem Servorum Beatæ Virginis, qui vulgo Servitæ Religiosi appellantur, uni, eidemque Generali Præposito subiecit. Huic Ordini, qui antea in duos ramos, seu familias dividebatur, numero quintus Generalis præfuit Sanctus Philippus Benitius, nunc vero Pius V. Congregationis titulo, quem hi Religiosi sibi attribuebant, abolito quamplurimas sustulit corruptelas, quæ hujus Ordinis exitium, ac ruinam promovere videbantur.

§. XXXIII.

*In Sancti Caroli sicarios Pontificis
jussu inquisitum.*

Cum

Cum idem Pontifex vicarios, qui necem in Cardinalem Carolum Borromæum moliebantur, debitis pænis plectere decerneret, huic Cardinali præcepit, ut eos, quos hujus criminis suspectos haberet, manifestaret: attamen Carolus duntaxat hæc respondit: „multos abusus in Sacerdotibus, Religiosis, ac laicis corrigere aggressus sum, quos circa plurimos inde fuisse offensos haud miror, validam autem suspicionem de nullo speciatim concipere valeo, id autem duntaxat pro comperto habeo, quod Judices hanc ob rem multos, quos tamen innoxios credo, divexent, ac molestant. „

§. XXXIV.

Nuntius ad inquirendum a Papa Mediolanum missus.

Attamen Papa hoc responso parum contentus Antonio Scarampæ Laudensi Episcopo Sedis Apostolicæ Nuntio injunxit, ut omnem adhiberet diligentiam, quatenus, si fieri posset, tanti sceleris Authores detegerentur. Verum Sanctus Mediolanensis Archiepiscopus vix rem compererat, cum illico dolorem suum inde conceptum testatus nullum non moveret lapidem, ne hæc inquisitio suam sortiretur effectum: quinimo pro reis veniam precatus publico

Sæcul. XVI.
A.C. 1570.

Giuffan. vis de S. Charles l. 2. cap. 26.

Giuff. l. c. Ciacon. p. 894.